



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioan. Petri Maffei, Bergomatis, E Societate Iesv,  
Historiarvm Indicarvm Libri XVI.**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Antverpiae, 1605**

Eivsdem Ad Antonivm Qvadrivm Indiae Provinciae Pro Societate Iesu  
Praepositum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11473**

EIVSDEM AD ANTONIVM QVADRIVM  
INDIAE PROVINCIAE PRO SOCIETATE  
Iesu Præpositum.

**S**ocii duo cosmi Turriani, qui in Bungo versatur, meum in hoc regnum se contulerunt: quorum ea est animi magnitudo roburque, ea in dicendo vis atque doctrina, ut mihi caelestia quaedam tonitrua esse videantur. Sed illud in primis admiror, aut Lusitanos mercatores negotiorum causa, aut vestri ordinis homines vnus rerum opificis gratia, (praesertim cum ita late pateat propiusque absit India) è remotissimis regionibus totum paene terrarum orbem circumcuntes, ad aquam calidam ebibendam paruas in hasce insulas tam longa & periculosa navigatione contendere. Sanè ante Christiana sacra suscepta nihil erat in his locis, praeter calores maximos: ut mihi Socii vestri Nauabangi quasi ventilatores videantur, qui corda mortalium salutari aura opporrunè refrigerent: qui profectò libenter meum in hoc regnum est cur veniant, quamuis exiguum. nam ut alibi a duersos maris aestus, hîc quidem certè semper secundos offendent. Ac licet populares mei Christiani ipsorum praesentia destituti, se interea Crucis aspectu excelso loco sublatae sustentent; meum mihi tamen hoc regnum à Sociis vestris relictum, quandam obducti nubibus caeli aut Solis propria luce defecti reddit imaginem. Simul etiam Lusitanos negotiatores, quorù mihi perspecta fides ac probitas est, in mea ditionis terras commeari mihi gratissimum fuerit: qui sic habeant, se non modò ab omni injuria tutos fore, sed etiam amicissimè liberalissimeque tractatum iri. nec latronum insidias metuant, qui, quibus in oppidis Christiani sunt, nulli versantur. Te quidem certè obsecro, ut de tuis aliquos primo quoque tempore mittas, quos ego magno cum desiderio in ipso littore opperior. Datè anno quarto, mèse septimo, octauo die & vigesimo.

LIBRI SECVNDI FINIS.

f s

SELE-